

PROBLEMA II.

- Q**VARE Deus hoc initio Geneseos nomen in numero plurali constitutum habere voluit? An quia אֱלֹהִים el hem, vnde Elohim componi videtur, significat robur eorum, quæ videlicet creata sunt? vt ait R. Nachman; Deus enim est suprema vis, à qua tam in esse, quam in fieri omnia pendent, vnde patet nomen illud diuinam potentiam exprimere, quæ summopere in rerum omnium creatione refulget: vt autem creatio, atque recreatio conuenirent, bis & tricesies Elohim in hac rerum conditione repetitur, quorū annos Christus in terris degit, vt anni reparato-
 1. ris nominibus creatoris adæquarentur. An quia nomen hoc tam singulare, quam plurale
 2. censeretur debet, quia 3 personæ sunt vnus Deus, vt ea ratione beatissimæ Trinitatis mysterium nobis insinuetur: quapropter Moses noluit singulare nomē אֱלֹהִים ponere, quod ab אֱלֹהִים , id est, iurauit, dicitur, quia verba Dei tam firma, & certa sunt, vt iureiurando non indigeant.
 3. An quia opera Trinitatis ad extra sunt indiuisa tribus personis omnino communia, nomine Moses vti debuit, quod illam operationis cōmunionē, & vnitatē aperiret? An quia Hebræi nomen illud plurale tam pro singulari, quam plurali numero vsurpant, atque principes ho-
 4. noris causa plurali numero compellant, quomodo solemus in Gallia dicere, *vous, & non, toy*, tamen latine Tu, non autem vos, dum hominem solum alloquimur, dicere solemus.

PROBLEMA III.

- M**ELIUS NE hoc nomine Elohim Moses vtitur, quam alio quopiam? Nunquid nomen aliud apponere potuisset? vt El, Elohe, Sabaoth, Eker, Ehie, Adonai, Ia, Sadai, Helion, vel alijs nominibus vti de quibus D. Hieronym. epist. 136. ad Marcellam egit. An ergo vtitur Elohim, quia iudicem significat? vt sciamus eundem futurum esse, à quo iudicabimur, cum eo qui nos formauit: An quia
 1. distributiua iustitiam, in creaturis adinuicem ordinandis Deus obseruasse videtur, cum
 2. igni sursum, terræ deorsum, omnibusque locum proprium assignauit: An vt timorem simul
 3. cum amore nobis incuteret? quantum enim ab illius offensâ cauendum est, quem certissima fide nos solo nutu, solo concursu liberrimo denegato, in nihilum redigere posse credimus; sed quanto eum amore prosequi tenemur, qui de abyssis, ac tenebris, vel potius ex nihilo nos in lucem adeo præclaram eduxit, & tantum in omnes creaturas dominium contulit. Non est autem admittenda nonnullorum explicatio, qui per Elohim Angelos intelligunt, ac si diceremus; In principio, supple *Deus*, creauit Elohim, seu Angelos; omninoque rei-
 cenda est illa, quam aliqui comminisci possent, vt mundum ab Angelis creatum arbitrare-
 mur: nec verum est, quod aliqui fingunt, nempe Deum quidem creauisse primum Ange-
 lum, ita ut primus ille cæteros Angelos produxerit, siquidem omnia per se Deus immediatè creauit. Sed & de his fortè sermo redibit.

Reiciuntur
quædam
expolitio-
nes.

PROBLEMA IV.

- Q**VARE Deus Genesim initio ponitur? An quia est omnium principium à nullo dependen-
 1. s, tamen ab eo cuncta modis omnibus pendeat? An quia prius esse debuit, quod
 2. melius est: An vt homo meliora deterioribus, Deumque omnibus præponeret, non
 3. autem Medæ instar peiora eligeret; iuxta id, *Video meliora proboque, deteriora sequor*; vnde &
 4. *nitimur in vetitum cupimus semperque negata*. An quia Spiritus sanctus nos admonuit, vt in om-
 5. ni actione, verbis, atque cogitationibus nostris Dei gloriam præcipue spectaremus? An quia,
 6. sicut ab æterno nil Deum præcedere potuit, nec etiam illum quidquam in tempore antecede-
 7. dere debuit? An vt Davidis verba verissima essent, quibus ait. *In capite libri scriptum est de me,*
 8. *cui legis Euangelicæ principium consonat, In principio erat verbum*. An vt homo sua opera in-
 9. ciperet in eadem cogitatione, in qua Deus creare cœpit; imò si diuinam abyssum ingredia-
 mur Deus nostro concipiendi modo se, priusquam cætera, intellexit. An vt Atheismi Politi-
 corum, Cardanistarum, Pomponatistarum, & cæterorum eiusdem furfuris hominum clude-
 rentur, qui non solum in corde, sed in ore, scriptisque blasphemis dicunt, *Non est Deus*. An
 quia magni alicuius Imperatoris instar, Deus librum hunc, seu epistolam omnibus homini-
 bus exhibens, nomen suum pro epigraphæ posuit, ac si scriptum esset. *Deus omnipotens, iudex-
 que æquissimus omnibus hominibus salutem*: sic enim reges, & principes viri, dum Epistolas suas
 subditi s mittunt

Augu